R. P. D. PAMPHILIO. HISPALEN.

PRAEEMINĒTIARUM: Lunæ 4. Iunij 1612.

POST FACTAM resolutionem, quod breuia pro parte Canonicorũ obtenta pro tunc non erant exequenda, eo precipuè fundamẽto, quod ab eodem Clemẽte Octauo, à quo emanarunt, fuerunt suspẽsa, donec super omnibus cognosceretur. Redi dubium, an breue sub die 30. Iunij 1603. emanatum, esset iustificatum, quo supradicta die proposito, DD. affirmatiuè responderunt. Nam quod Portionarij Ecclesiæ Hispalẽ. prætendunt, dum Missam cantant, quod Canonici illis inseruiant pro Diacono, & Subdiacono, ex solito, & consuetudine Ecclesiæ Hispalẽ, quodque super hoc fuerit introducta lis coram ordinario Hispalẽ, & forsan etiam coram Nuntio Hispaniarum, prout in dicto breui narratum fuit inter partes non cõtrouertebatur, sed controuersia super eo versabatur. Quod in eodem breui dicitur; *Portionarios esse ordinis inferioris*: Ideoque indecens, & indecorum esse, ipsis Missas, & diuina Officia celebrantibus Canonicos pro Diacono, aut Subdiacono inseruire; *Citra quam narratiuam*

A *licet*

licet Dominis videretur illam non esse à Canonicis iustifican, cum sit narratiua Papæ, vt colligitur ex verbo *arbitrantes,* & ex verbo *cessemus.* Nihilominus censerunt illam esse sufficienter iustificatam, non solum ex iuris communis dispositione secundum *Quam certum est Portionarios esse inferioris ordinis,* gloss. in cap. penult. verb. Asisij, de cleric. non residen. Abb. in cap. cum non liceat, in 3. not. & ibi Felin. nume. 2. versi. gusta bene, de præscript. Cæs. de Grass. decisi. 4. nu. 8. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli; *Sed etiam quia ex quam plurib⁹ relatis per informantes,* prò Canonicis cōstat multas prærogatiuas, & præeminentias illis competere, quæ non cōpetunt Portionarijs; *Nam Portionarij non habent* vocem in electione Prælati, in administratione Archiepiscopatus, sede vacante, in collatione Præbendarum, nec subscribunt actus capitulares, quæ res fiunt à solis Canonicis, quinimo in referendis negocijs adest disparitas, cum Portionarij id faciant stantes, & capite discoperto: Canonici veró sedentes, & capite tecto, & vlterius soli Canonici asistunt Prælato celebranti, & Pontificalia exercenti; *Habent quoque prioritatem in sedendo, in thurificatione, receptione pacis, candelarum, cineris, palmarū, & generaliter in omnibus, & habent plura alia relata per informantes, quæ non habent Portionarij.*

¶ Ex quibus apparet *Canonicos esse Portionarijs digniores, & superiores, & Portionarios inferiores Canonicis,* cap. 1. dist. 25. gloss in cap. 1. verb. obedientia, dist. 93. & in cap. statutum, in principio, ver. Canonicis, versi. nota ergo, de rescrip. in 6. Hostiensi. in summa tit. de maiorit. & obed. n. 1. ad fin. versi. dispēsationis, Card. cōs. 30. n. 5. & seqq. Bald. cōsi. 387. post princip. versi. similiter etiā, & versi. insignia etiam, lib. 1. recop. consi. ibi. nu. 2. versi. 7. ista conclusio.

¶ Ex hac autem superioritate, & dignitate Canonicorum, & inferioritate Portionariorum resultat etiam iustificatio indecoris, & indecentiæ circa seruitium, quod Portionarij prætendunt sibi præstari à Canonicis, dum Missas, & diuina Officia celebrāt, cum secundū *iuris dispositionem indecorum, & inhonestum videatur, quod maior minori deseruiat,* cap. 1. & cap. statuimus de maior. & obed. & ibi Abb. versi. item nota cōsi. cosuetudiné, & consi. 21. nu. 4. & 5. lib. 1. cum alijs per informationes pro Canonicis allegatis.

¶ Non obstat allegata æqualitas Portionarior, quia licét Portionarij habent multas prærogatiuas, & præeminentias, quas habent

habent Canonici, *Non tamen possunt dici illis parere t æquales, nec desinunt esse inferiores, ex quo plura competunt Canonicis, quæ nō competunt Portionarijs*, glos. in l. omnes, l. 2. verb. appellatione, C. de fer. *Ex iuris, non communis dispositione, Portionarij non sunt de capitulo, quod soli Canonici constituunt*; Compost. in c. 1. n. 4. versi. numquid Portionarij, de elect. Caputaq. decisi. 84. p. 1.

¶ *Nec ex eo, quod admittantur in capitulo, & in eo habeant vocem, possunt dici de capitulo*: Gemin. in c. fin. n. 5. ad fin. versi. aut quærimus, de præb. in 6. & fuit dictum in Abulen. iurisdiction. 6. Februarij, & 17. Aprilis 1589. coram bo. me. Cardinali Pāphilio. & in pluribus alijs causis præsertim cū vt dixi, adsint plures actus, in quibus Portionarij non habent vocem, & plures alij, in quibus Canonici eos præcedunt; vnde non possunt dici æquales.

¶ Non obstat etiā quod Portionarij in sacris constituti præcedant Canonicos non existentes in sacris, quia id illis non competit ratione maioris, vel æqualis dignitatis, sed in vim particularis statuti edicti in odium Canonicorum ordines sacros suscipere negligentium, & vt hac ratione inuitentur ad illos suscipiendos, quod clarè apparet, quia *Sacris ordinibus initiati statim ascēdunt super omnes Portionarios*: Et ideo hoc non concludit aliquam æqualitatem cum Canonicis.

¶ Nō obstat postremo, quod Portionarij Ecclesiæ Hispaleñ. propter multas prærogatiuas, quas obtinent communes cum Canonicis non possint *dici simpliciter, & absolute inferiores Canonicis, prout sunt Portionarij*; De quibus loquitur gloss. & DD. in c. penul. verb. Assisij, de cleric. non resid. de quibus Papa sensisse, ui ex his, quæ late deducuntur per informationes pro ipsis Portionarijs, quia quicquid sit de hoc, fuit responsum, id non pertinere ad præsens dubium, quod est restrictum ad iustificationem Breuis, quæ dumtaxat concernit in eo narrata; *Sed solū respicere illius subreptionem, vel obreptionem, de qua erit particulariter agendum.*

Et ita decissum.

R. P. D.

PAMPHILIO. HISPALEN.

PRAEEMINĒTIA-rum: Veneris 15. Martij. 1613.

SVB die quarta Iunij præteriti fuit in hac causa decissum breue emanatum die 30. Iunij 1603. esse iustificatũ, dũ in eo Sũmus Pontifex dicit Canonicos esse digniores, Portionarios vero inferiores, & hoc non solum de iure cõmuni, sed eiam ex quampluribus prærogatiuis, & præeminentijs, quæ in Ecclesia Hispaleñ cõpetunt Canonicis, non autẽ portionarijs, vt legitur in d. decisi. ex quibus supradicta die Dñi dixerunt resultare solutionem pñtis dubij, quod scilicet dictũ Breue non sit subreptitium, quia illud totũ fundatur in eo, quod indecens, & indecorũ sit, superiorem, seu digniorem in celebratione Missæ inferiori inseruire, cum tamẽ huiusmodi sacrificium omni decore, & religionis cultu sit celebrandum, absq; eo, quod in illo aliquid indecens reperiatur, vt legitur in illius prohœmio, ex quo mens, & animus disponentis colligi solet, l. fin. & ibi Doctor. ff. de hæred. instit. Bart. in l. ambitiosa, n 27. ff. de decret. ab ord. faciend.

Quod autem sit indecorum, vt superior inferiori in hac oblatione ministret, probatur, ex tex. in cap. 1. & c. statuimus, de maior. & obedient. & not. ibi Abb. in vers. Item not. cõtra consuetudinẽ, & in cons. 21. nu. 4. & seq. lib. 1. & declarat Summus Pontifex in dicto Breui, ibi indecens, & indecorũ esse arbitrantes, &c. Papa enim præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris, & propterea in istis, quæ sunt iuris non cadit subreptio, Felin. in c. super litteris, n. 8. versi. 2. regul. de rescrip. & tenuit Rota in causa Romana, Vineæ 22. Martij 1568. coram Oradino, vt in decisi. relat. inter impress. diuers. 19. n. 1. part. prima.

Non obſtat, quod Papa in dicto Breui ſenſiſſe videatur de Portionarijs, qui ſunt ſimpliciter, & abſolutê inferiores Canonicis, prout ſunt illi, de quibus loquitur gloſ. & Doct. in c. pen. verbo Aſsiſij, de cleric. non reſident. non autem de Portionarijs Eccleſiæ Hiſpaleñ, qui plures prærogatiuas relatas per informantes communes cum Canonicis obtinent. Quia fuit reſponſum, quod eadem ratio indecoris, & indecentiæ militat, ſiue Portionarij ſint ſimpliciter, & abſolute inferiores Canonicis, ſiue etiam in aliquibus cum illis æquales prærogatiuas habeant, cum nihilominus remaneant inferiores, & inferioris ordinis: nec ex dictis qualitatibus efficiantur æquales Canonicis, vt dicitur in d. deciſ. in hac cauſa facta, & propterea cum in ſola qualitate inferioritatis fundetur indecentia, excluditur omnis ſubreptio, quæ tunc demum eſt conſiderabilis, quando non exprimitur aliquid, quod poſſet mouere Papam ad facilius, vel difficilius gratiam concedendam, Socin. conſi. 13. n. 7. verſ. nam poſito, & n. ſeq. lib. 1. Roman. conſ. 326. n. 11. & conſ. 327. n. 2. Aymon conſ. 636. n. 8. Curt. Iun. conſ. 83. n. 9. & fuit dictum in cauſa Auellina vnionis 13. Iunij. 1594. coram bo. me. Penia, & in alijs cauſis ſæpiſſimè.

Et ita etiam ceſſat, quod dicebatur, poſſe Portionarios ex cõſuetudine, vel ſtatuto plures qualitates, & prærogatiuas Canonicis cõpetentes acquirere, quia nõ propterea mutãt eſſẽtiã, ita vt vere efficiantur Canonici, vel illis æquales, ſed adhuc remanẽt inferioris ordinis, quod ſufficit, vt ſupra dictũ eſt.

Præterea conſiderabant Domini, quod de ijs omnibus, quæ pro parte Portionariorum adducuntur, Papa præſumitur habuiſſe notitiam, ex quo in dicto Breui fit mentio litis, quæ ſuper huiuſmodi ſeruitio inter prædictos Canonicos, & Portionarios vertebatur, illiuſq; ſtatum, & merita, necnon iura, & prætenſiones Portionariorum Papa in eo pro expreſsis habere vult, & dicit illud concedere ex ſententia Illuſtriſsimorum Cardinalium ſuper ſacris Ritibus, nõ obſtantibus conſuetudinibus, præuilegijs, &c. cum clauſula, quorum tenores, cuius vigore omnia ſupradicta in eo narrata cenſentur, iuxta conſi. Butr. 2. aliàs 49. n. 6. Mohed. deciſi. 1. de reſcript. Caſſad. deciſ. x. ſuper reg. & fuit ſæpè deciſſum.

R. P. D.

PAMPHILIO, HISPALEN.

PRAEEMINETIARUM: Lunæ 17. Iunij. 1613.

DVO Breuia pro parte Canonicoru m à Clemente Octauo fel. mem. obtenta fuerunt, vnum sub die 30. Iunij 1603. alterum verò sub die 24. Iulij eiusdem anni, quæ cum postea ab eodem Clemente suspensa fuerint, donec plenius super illorum exceptionibus cognosceretur, & iam fuerit super primo in Rota firmatum, illud esse iustificatum, subreptionisq; vitio carere, supradicta die proposui dubium, an sit exequendum alterum emanatum sub die 24. Iulij, & Domini affirmatiuè responderunt: nam literæ Apostolicæ ob earum, authoritatem, & reuerentiam habent executionem paratam, c. si Capitulo, & ibi glos. verb. exequatur, & c. seq. de cõcess. præbẽd. in 6. Sarné. in tract. Breuiũ, n. 4. Mohe. decis. 13. vt lit. pẽdẽt.

Nec huiusmodi breue videbatur Dominis indigere alia iustificatione, dum Portionarij in eo dicũtur teneri ad omnia munia subeunda, & ministranda, ad quę iuxta formam libri Cæremonialis Episcoporum Beneficiati, seu Mansionarij tenentur, quia vltra quod ista est assertio ipsius Papæ, vt ex verb. Nos attendentes, & ex verb. censemus clarè colligitur, fuit etiam dictum, illam in casu isto satis iustificari ex dispositione iuris, qua stante nulla alia iustificatio requiritur, cum in his, quæ iuris sunt non cadat subreptio, Felin. in c. super literis, n. 8. versi. 2. regul. de rescript. & tenuit Rota coram Oradino, vt in decis. relat. inter impress. 19. n. 1. part. 1. diuers. & aliàs sæpè.

Quod

Quod auté huiusmodi narratiua ex iuris communis dispositione iustificetur, satis visum fuit constare ex eo quod ordo Mãsionariorũ, seu Beneficiatorũ, de quibus fit mentio in dicto libro Ceremoniali, est ordo præbendatorũ, qui immediatè sequitur ordinẽ Canonicorũ, quo casu cum etiam ordo portionariorum in Ecclesia Hispaleñ. verè sit inferior ordine Canonicorũ, eumq; immediatè sequatur, vt fuit in hac causa decisum, sub die 4. Iunij 1612. & 15. Martij præteriti, necessario dicendũ est, quod huiusmodi portionarij de iure teneãtur subire, & ministrare ea omnia, ad quæ iuxta formam dicti libri Ceremonialis tenentur Mãsionarij, seu Beneficiati, qui quo ad effectuũ, & essentiam non differunt à portionarijs, licet ex diuersitate locorum, diuerso etiam nomine appellẽtur, & certum est quod vbi constat de idẽtitate quo ad essentiã diuersitas nominis nõ attenditur ad tradit. per Bart. cons. 179. nu. 2. lib. 1. Io. de Anan. cons. 17. nu. 10. Aymon. cons. 880. nu. 4.

Nec refragatur, quod Portionarij in tota Hispania, & præcipuè in hac Ecclesia plures habeãt prærogatiuas quàm Mãsionarij seu Beneficiati Italiæ, & alij, de quibus per gloss. & Docto. in c. penult. verb. Assisij de cleric. nõ resident. Quia non propterea dicuntur esse diuersi ordinis, cũ istæ prærogatiuæ, & aliæ similes qualitates nõ mutent eorum speciem ad l. proponebatur. ff. de iudic. l. cũ quæritur ff. de except. rei. iudic. Vnde cum Breue sit fundamentũ in eo quod tam portionarij, quã Mã sionarij, seu Beneficiati sint ordinis immediatê sequentis post Canonicos, ex huiusmodi ordinis inferioritate satis illud iustificatum remanere censetur, etiam quod portionarij aliquas prærogatiuas obtineant, quas non habent de iure alij Beneficiati, vt fuit latè deductum in decisione in hac causa facta sub die 15. Martij præteriti.

Et tanto magis quia in dicto Breui, Papa expresè vult, portionarios ad supradicta teneri, non obstãtibus huiusmodi præeminentijs tam in votañ, quàm in sedeñ, alijsq; prætextibus, necnon litis pendentiæ, alijsq; dictæ Ecclesiæ statutis, consuetudinibus, & priuilegijs, per quam clausulam censetur derogatum omnibus ijs, quæ supradictæ dispositioni obstare possent, Ias. cons. 110. col. 4. in fin. vers. 3. moueor, lib. 4. Berou. cons. 147. nu. 28. vers. & licet, lib. 3. Præsertim stante clausula

 teno-

tenores, &c. Cuius vigore lis, iura, & prætensiones quæcūq; tam pro parte Canonicorum, quam Portionariorum in iudicium deductæ, expressè cēsentur, Butr.consi.2. aliàs 49. n.5. & seq. Gemin.consi.65.n.28. cum alijs allegat. sub dicta die 15. Martij præteriti.

Minus obstat Breue pro Portionarijs obtentum, per quod prætenditur suspensa executio Breuium, de quibus agitur, quia placuit responsio, quod executio per illud fuerit solùm suspēsa, donec cognosceretur super iustificatione, seu exceptionibus istorum, vt fuit dictum in hac causa sub die nona Decembris 1611. & propterea, cum iam de eis fuerit satis cognitum, vt patet ex supradictis decisionibus in hac causa factis, cessat huiusmodi suspensio, & per consequens prædicta Breuia tamquam iustificata veniunt exequenda ex supra deductis.

Maximè quia in supradicto Breui suspensiuo fuit narratum, Portionarios ex cōsuetudine immemorabili existere in quasi possessione sedendi, votandi, thuris honorem recipien. cū duplici ictu, prout recipiunt Canonici, & alios actus faciendi contra dispositionem dicti libri Cæremonialis, quæ tamē consuetudo non probatur, testes enim pro parte Portionariorum examinati non deponunt cum requisitis, per glos. in cap. 1. verb. memoria, de præscript. in 6. prout requiritur, Put. decisi. 12. lib. 3. & fuit sæpissimè in Rota decissum.

R.^mo^ P. D. SACRATO HISPALEN. PRAEEMINENTIARUM. Veneris 24. Ianuarij 1614.

A Fe.re. Clemente Papa Octauo emanarunt tria breuia super statu Cathedralis Hispalen. in quorum primo Papa declarauit indecorũ esse, quod Canonici in sacris constituti occasione cuiusdã Turni cõpellerentur, vt prætendebatur, inservire pro Subdiacono, & Diacono Portionarijs solemniter celebrantibus, & proinde id in posterũ fieri vetuit. In secundo declarauit, dictos Portionarios teneri subire munia, quæ liber Cæremonialis, Beneficiatis, & Mãsionarijs aliarum Ecclesiarum iniungit. In tertio Papa narrans prædicta breuia fuisse subreptitio modo obteta, & signãter, quod quædã immemorabilis cõsuetudo ad fauorẽ Portionariorũ nõ fuit sibi exposita, stante dicta immemorabili cõsuetudine mãdauit Portionarios in integrũ restitui, seu manuteneri in possessione, vel quasi, á qua vigore dictorũ breuiũ, seu libri Cæremonialis spoliati fuissent, suspendendo prædicta breuia tamquã subreptitio modo obtenta, donec super contentis in dictis breuibus, & alijs similibus, partibus citatis, & auditis, quid obseruandũ esset Cõgregatio sacrorum Rituũ (in qua tunc huiusmodi causa pendebat) maturius declararet, causa postmodũ in Rota R.P.D. Pamphilio cõmissa, fuit dubitatũ, an esset locus executioni duorũ primo loco obtentorũ breuium, & pro negatiua fuit tentũ stante vltimo breui, per quod illorum executio suspenditur, donec super contentis in illis maturius deliberetur, successiue datis dubijs super vtroque breui fuit resolutũ, illa esse iustificata, vnde dictus R.P.D. Pamphilius facto verbo in Rota concessit illorũ executionẽ, quæ fuit cepta per intimationẽ executoraliũ: ex quibus, cũ pars Portionariorũ prætenderet se grauatã, obtinuit

mihi

mihi cōmitti causā appellationis cū clausula parito breuib⁹ arbitrio Rotæ, vnde proposui ante omnia dubiū, an esset locus arbitrio, & fuit cōclusū, nō esse locū arbitrio ad effectū suspensionis, seu retardationis, executionis breuiū, quia clausula arbitrio intelligitur, prout de iure, Bart. in extrauag. ad reprimēdū, verb. videbitur, Paris. cōs. 8. n. 21. lib. 4. Cæs. d Gras. decis. 7. n. 7. & decis. 8. n. 2. de sent. & re iud. & fuit sæpissimè dictū in Rota, quod magis de plano procedit, quando vt hic ponitur in prima cōmissione, quia tunc cessat obiectū, quod per istā interpretationē cōmissio reddatur superflua, vt aliàs considerauit Rota in causa Romana Cottiuij die 6. Martij 1606. corā me per doct. Felin. in c. 1. nu. 51. vers. & si dicatur arbitrio suo, de cō. tit. cū alijs in d. decis. alleg. cōfirmantur prædicta, quia cōmissio emanauit à signatura iustitiæ, quæ non facit rescripta gratiosa, seu ab errantia ab ordine iuris, vt per Sarn. in cōpend. vtriusq; signatur, vers. & si quæratur, cū seq. Staphil. de liter. iust. in princ. & vers. secūdū est cū duob⁹ seq.

De iure autem est, vt dicta breuia demandentur executioni, stāte, quod sunt iustificata, vt super vtroq; fuit resolutum corā R. P. D. Pamphilio, literæ enim Apostolicæ postquā sunt iustificatæ habent executionē paratā, Mohed. decis. 13. vt lit. penden. Gig. de pens. q. 81. nu. 2. Rota in causa Paceñ Parochialis 27. Iunij 1603. coram bo. me. Cardinali Pāphilio, & in Salamantina Beneficij 31. Ianuarij 1596. coram Corduba.

Non obstat tertium breue, de quo supra, quod prætēditur fecisse causam ordinariam, tum per illa verba vocatis vocandis, quæ faciunt executorem mixtum, & causam appellabilē, ad not. per Felin. in c. de cætero, n. 10. de re iud. tum per illud verbum (declaretur) quod dicitur importa re per sententiam, & sic quod debuerint præcedere tres conformes, antequā posset procedi ad executionem breuium.

Quia in primis videbatur, non transire de plano, quod clausula vocatis vocādis faciat iudiciū ordinariū, nā bene verū est quod facit, vt ille, qui aliàs poterat extraiudicialiter procedere teneatur procedere iudicialiter, sed nō exinde sequitur, quod si materia ex executiua, & iudex nō pronūciet, sed relaxet mandatū executiuū, sit locus appellationi ad effectū suspēsiuum, quia in remedio, l. fin. C. de edict. diu. Adria. ad cu-

ius

ius instar proceditur in executione literarum Apostolicarũ, Abb. in c. constitutis n. 14. in fin. de appellat. Menoc de adipisc. rem. 6. n. 35. Mohe. d. deces. 13. vt lit. péd. Rota in causa, Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. corã me, & similiter in executione obligationis Cameralis, & in alijs proceditur iudicialiter, & citatis citandis, & nihilominus non retardatur executio sub prætextu appellationis, & pro hac conclusione facit quod verba rescriptorũ reducũtur ad ordinem iuris, c. causam, c. super literis, de rescript. Calder. consi. 2. n. 1. eodẽ tit. Frãc. in c. licet canon. in fin. de elect. in 6. & proinde si materia secundũ ordinem iuris est executiua, non debet per dictam clausulam fieri ordinaria, quia cũ verba per necesse hoc non importent, ordo procedendi remanet in dispositione iuris ad l. cõmodissime, ff. de lib. & posthum. cum concordan. & bene in proposito argumentatur, Anchar. cons. 297. n. 8. in fin. & n. 9. in princ. Felin. veró in d. c. de cætero. n. 10. d̄ re iud. & Card. per eũ allegatus possent saluari, quando executor elegisset (prout potest) proferre sententiã, non autem relaxare executioné, vt fuit factũ in hoc casu, quæ distinctio colligitur ex verbis eiusdẽ Felin. ibi & de eius sententia disponitur, vt de sententia iudicis, & ex Card. per eũ alleg. consi. 64. aliàs 63. incip. dico quod dominus. nu. 1. vers. & hoc præsupposito ibi dico, de sententia executoris, idẽ per omnia, ac si esset sententia iudicis; & eodem modo respondebatur ad verbum, DECLARETVR, intelligendo, quod declaratio fiat eo modo, qué natura iudicij expostulat, vt videmus in simili, de cõmissione, quod inhibeatur præuia matura causæ cognitione quia vt possit inhiberi, nõ est necesse facere processũ, vel pronũciare super hoc, vt fuit decissũ in causa Valentina iurisdictionis 3. Iulij 1595. corã illustrissimo Card. Millino, & alibi.

Verũ istis omissis fuit dictũ per dictas clausulas non fuisse impeditam viam executiuã in hoc casu, ex triplici capite, primo, quia Felin. & alij in contrarium alleg. locuntur, quando prædicta verba sunt in rescripto impetrato per actoré, quia tunc videtur, quod non nisi ordinarie ad fauoré actoris procedi possit, cum aliàs forma non seruata deficiat iurisdictio ad c. cum dilecta, de rescrip. c. venerabili, de offic. de leg. cũ cõcord. secus videtur in rescripto ex post impetrato per reũ,

vt in præſenti caſu,quia tunc videtur,quod exceptio rei non niſi ordinarie canonizari poſsit,quia forma eſt adiecta impedimento exercitij iuriſdictionis,non autem ipſi exercitio,& non eſt nouum,quod actor,& reus propter diuerſitatem rationis ad imparia iudicentur,prout videmus in ſimili, de remed.l.fin.C.de edict.diu.Adr.toll. ſecundum quam regulatur executio literarum Apoſtolicarum, vt ſupra dictum eſt. Etenim ſi iudex dat executionem actori,non datur appellatio, ſi veró illam dare negat, conceditur appellatio, Angel. in l.quiſquis.n.3.C.quorũ appell.non recip.Zuccard. in d.l. fin.nu.396.Caſtr.conſ.39. in fin.lib.1. Tiraq.tract. le mort ſaiſit par.6.declar.6.n.3.Menoc.de adipiſc.remed.4.n.876.

Secundo,fuit dictum,non applicari clauſulã vocatis vocandis, & alia, de quibus ſupra,quia dicta clauſula fuit directa congregationi Sacrorum Rituum, quæ ſine dubio non procedit ordinarie, nec per tres conformes; & proinde cũ Rota fuerit ſubrogata in eius locum clauſula debet intelligi,prout fuiſſe obſeruata in ſacra congregatione, ad reg.ſubrogatum; de qua in l.ſi eum.§. qui iniuriarum, ff.ſi quis caut. Bart.in l.ſi quis filium, in fin.C.de inoff.teſtam. Butr.in c.Eccleſia il primo.n.3.vt lit.pend.Felin.in c.cum acceſsiſſent.n.19.de cõſtit.Dec.conſ.50.n.2. & proinde ſicut in illa ſacra congregatione fuiſſet ſatis extraiudicialiter declarare ſup exceptionibus Portionariorum ad effectum exequendi breuia ad fauorem Canonicorum emanata, ita & in hoc caſu.

Tertio, viſa fuit ceſſare omnis difficultas, quia in commiſsione Rotali adeſt facultas exequendi dicta breuia, prout de iure, & proinde quatenus fuiſſet per tertium breue ſublata facultas exequendi cenſeretur reſtituta per hanc vltimam commiſsionem, poſtquam de iure eſt, vt iſta breuia executioni demandentur, vt ſupra demonſtratum eſt.